



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 92. Legatio Ducis Mediolanensis Ludovici XI. amicitiam exorantis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

violaturum, nihilque sibi magis fixum, Sæcul. XV.  
 destinatumque in animo esse, quam A.C. 1476.  
 pacis otio ac tranquillitate frui.

## §. XCII.

*Legatio Ducis Mediolanensis Ludovici XI. amicitiam exorantis.*

Contajo vix Lugdunum excedente, Regem salutabat alius Legatus a Mediolanensium Duce eo decretus. Galeatius enim cum Burgundiæ Duce foedus inibat, vi cujus mutuo spondebant, quod arma non modo repellere, sed etiam cunctis eorum hostibus, nequidem excepta Francia inferre vellent. Attamen vix vigesima prima dies effluxerat, cum jamjam Mediolanensis Dux improvidum sanciti foederis consilium incusaret; infaustam enim Gransonii cladem sibi pariter funestam fore pertimescebat. Unde ad Regem decrevit Legatum, virum alias in Francia penitus incognitum, eumque nonnisi mandatis oretenus communicatis instruxit, ac quidem fidei publicæ literis, sed nonnisi generali verborum forma conceptis munivit. Valuit tamen successus. Præprimis enim Legatus coram Rege ingenue fatebatur, quod Dux Mediolanensis pangendo ejusmodi foedus cum Burgundo graviter erraverit: ipsum vero imprudentiæ suæ poenitentia motum agebat.

Sæcul. XV. bat. Postea Regi Ducis sui nomine ob-  
A.C. 1476. tulit, quod ipse foederi cum Burgundiæ  
 Duce inito nuntium mittere, illud vero  
 cum Francia sancitum rursus ratum ha-  
 bere, ac denique centies mille aureos  
 addere velit, dummodo Rex calamito-  
 sam Burgundi conditionem in rem suam  
 vertere haud negligeret. Ludovicus,  
 ut oblatam Burgundum suo foederato  
 destituendi occasionem non amitteret,  
 Mediolanensis postulata, nec penitus reje-  
 cit, nec etiam cuncta eidem concedere  
 statuit, ne impunitatis facilitas Duci esset  
 novæ temeritatis illecebra; quapropter  
 Legato respondit, se Mediolanensis Du-  
 cis pecunia nequaquam indigere, si ta-  
 men eum repudiati Gallorum foederis fe-  
 rio poeniteret, se ratum gratumque ha-  
 bere, ut illud sub iisdem omnino verbis,  
 atque conditionibus, quibus antea con-  
 ceptum esset, innovaretur. Igitur acce-  
 dente Mediolanensium Ducis consensu,  
 pacta utrinque subscripta, firmata atque  
 in scio Burgundiæ Duce Parisiis publica-  
 ta fuere.

## §. XCIII.

*Lis ob Provinciam inter Renatum An-  
 degavensem & Ludovicum XI.  
 composita.*

Nec solus erat Mediolanensis, qui a  
 Bur-